ἔχουσιν διήνεκας ἅμα· ἀλλ' αὕτη τὴν ἐν τῇ ὀκτάδι πρότερά εἰσι, καὶ ἐγένοντο ὥσπερ ἡ δυὰς ταύτας, αὕτη τὰς τετράδας τὰς ἐν τῇ ὀκτάδι αὐτῇ. ὥστε εἰ καὶ ἡ πρώτη δυὰς ἰδέα, καὶ αὗται ἰδέαι τινὲς ἔσονται. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ὅτι τὴν μονάδων. εἰ γὰρ ἐν τῇ δυάδι τῇ πρώτῃ μονάδες, γεγόνασι τὰς τέτταρας τὰς ἐν τῇ τετράδι. ὥστε πᾶσαι αἱ μονάδες ἰδέαι γένονται, καὶ συγκείσεται ἰδέαι ἐξ ἰδεῶν. ὥστε δῆλον ὅτι κἀκεῖνα, ἃν ἰδέαι αὗται συγκάνοτσιν οὖσαι, συγκείμενα ἔσται, ὅτι, εἰ τοὶ ζῶα φαίη τις συγκεῖσθαι ἐκ ζώων, εἰ τούτων ἰδέαι εἰσὶν, ἐκ ζώων ἰδέαι ἔσονται. ὅλως δὴ τὸ ποιεῖν τὰς μονάδας διαφόρους ὁπωσοῦν, ἄτοπον καὶ πλασματῶδες, λέγω δὴ πλασματῶδες, τὸ πρὸς ὑπόθεσιν βεβιασμένον. οὔτε γὰρ κατὰ τὸ ποσὸν, οὔτε κατὰ τὸ ποιὸν ὁρῶμεν διαφέρουσαν μονάδα μονάδος. ἀνάγκη τε ἢ ἴσον ἢ ἄνισον εἶναι ἀριθμὸν, πάντα μὲν, μάλιστα τὸν μοναδικόν. ὥστε εἰ μήτε πλείων μήτε ἐλάττων, ἴσος. τὰ δὴ ἴσα καὶ ὅλως ἀδιάφορα, ταῦτα ὑπολαμβάνομεν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς. εἰ δὴ μὴ, οὐδὲ αἱ ἐν τούτῳ τῇ δεκάδι δυάδες ἀδιάφορεν ἔσονται, ἴσαι οὖσαι. πίνα γὰρ αἰτίαν ἕξει λέγειν, ὁ φάσκων ἀδιαφόρους εἶναι; ἔτι εἰ ἅπαντα μονὰς καὶ μονὰς μία, δύο ἢ δ' ἐκ τῆς δυάδος αὐτῆς μονὰς, καὶ ἡ ἐκ τῆς τετράδος αὐτῆς δυὰς, ἔσται ἐκ διαφερουσῶν τε, καὶ πότερον πρότερα τῆς τετράδος ἢ ὑστέρα; μᾶλλον δὴ ἔοικεν ἀνάγκην πρότερον εἶναι ἡ μία γὰρ ἅμα τῇ τετράδι, ἡ δ' ἅμα τῇ δυάδι τῇ μονάδων· καὶ ἡμεῖς μὲν ὑπολαμβάνομεν ὅλως ἕν, καὶ ἕν· καὶ ἐαὶ ἢ ἴσα ἢ ἄνισα, δύο εἶναι· ὅ τε ἀγαθὸν, καὶ τὸ κακὸν, καὶ ἄνθρωπον καὶ ἵππον. οἱ δ' οὔτω λέγοντες, οὐδὲ τὰς μονάδας. εἴ τι μὴ ὅτι πλείων ἀριθμὸς ὁ τῆς τετράδος αὐτῆς, ἢ ὁ τῆς δυάδος, θαυμαστὸν· εἰ τε ὅτι πλείων, δῆλον ὅτι καὶ ἴσος ἔνεστι τῇ δυάδι. ὥστε ἔσται ἀδιάφορος αὐτῇ τῇ δυάδι· ἀλλ' ἐκ ἐνδέχεται εἰ πρῶτός τις ἐστὶν ἀριθμὸς, καὶ δεύτερος, οὐδὲ ἔσονται αἱ ἰδέαι ἀριθμοί. τοῦτο μὲν γὰρ αὐτὸ ὀρθῶς λέγεται, οἱ διαφόρους τὰς μονάδας ἀξιοῦντες εἶναι, εἴπερ ἰδέαι ἔσονται, ὥσπερ εἴρηται πρότερον. ἐν γὰρ τὸ εἶδος. αἱ δὴ μονάδες εἰ ἀδιάφοροι, καὶ αἱ δυάδες καὶ αἱ τετράδες ἀδιάφοροι ἔσονται· διὸ καὶ τὸ ἀριθμεῖσθαι οὕτως ἕν, δύο, μὴ προσλαμβανομένου πρὸς τὴν ὑπαρχοντα ἀνάγκην αὐτοῖς λέγειν. οὔτε γὰρ ἡ γένεσις

A sint inuicem simul, sed ipsi iis, qui octonario insunt, priores sunt, & genuerunt (quemadmodum binarius ipsos) ipsi quaternarios, qui in ipso octonario sunt. Quare si & primus binarius idea, hi quoque quædam ideæ erunt. Eadem ratio de vnitatibus etiam est: quæ enim in prima dualitate sunt, vnitates generant quatuor, quę in quaternario sunt. Quare omnes vnitates ideæ fiunt, & componetur idea ex ideis. Quam ob rem patet, quòd etiam illa,
B quorum hæ sunt ideæ, composita erunt: veluti si quis animalia dicat ex animalibus componi, horum ideæ sunt, ex animalibus ideæ erunt. Et omnino facere vnitates, quomodocunque differentes, absurdum, & fictitium est. Dico autem fictitium, quod ad suppositionem coactum est. Nec enim secundum quantum, nec secundum quale, videmus differre vnitatem ab vnitate: necesséque est aut æqualem, aut inæqualem esse omnem quidem
C numerum, sed præcipuè monadicũ. Quare si nec maior, neque minor, æqualis: æqualia verò, & omnino indifferentia, eadem putamus esse in numeris. Quod si non ita sit, nec dualitates, quæ in hoc denario sunt, indifferentes erunt, cùm ęquales sint. Quam enim causam dicturus est, qui dicit indifferentes esse? Item, si omnis vnitas, & vnitas alia, duo faciunt, vnitas,
D quæ ex ipso binario, & quæ ex ipso ternario erit binarius, & ex indifferentibus. Et vtrum ternario prior, an posterior? Magis nanque videtur necessarium priorem esse: hæc nanque vnitatum simul ternario, illa verò simul dualitati. Et nos quidem omnino putamus vnum & vnum, siue æqualia, siue inæqualia sint, duo esse, veluti bonum, & malum, & hominem & equum:
E qui verò ita dicunt, nec ipsas vnitates. Siue autem non est maior numerus ipsius ternarij, quàm dualitatis, mirum est: siue est maior, constat quòd æqualis etiam dualitati inest: quare ipse indifferens ab ipsa dualitate. Verùm non contingit, si primus aliquis numerus est, & secundus. Nec erunt ideæ numeri: hoc enim ipsum rectè aiunt, qui vnitates differentes debere esse arbitrantur. Si quidem erunt ideæ
F (vt priùs dictum est) vna profectò erit species. Si verò vnitates indifferentes, dualitates quoque, ac ternarij indifferentes erunt: quare est eis dicere, ita numerandum esse, vnum, duo, non superaddito iam præexistenti. Nec enim generatio